

N. n. II 332.  
f. 65, 16.

(X 18804 66)

PK  
3634

Cum Iesu fonte Sapientiae!

DISPUTATIO JURIDICA  
INAUGURALIS

# DE APOSTOLIS,

Quam

Spiritus Sancti adjuvante gratia,

Decreto & Autoritate

Magnifici, Nobilissimi, & Amplissimi, Illustris ad Salam Academiz,

JConsulorum Ordinis,

SUB PRÆSIDIO

VIRI

Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi & Consultissimi,

## DN. CHRISTOPHORI PHILIPPI

RICHTERI, Jcti, Professoris Publici, Comit. Palat.

Cæsar, eminentissimi, Juridicæ Facultatis Ordinarji designati,

& p.t. Decani, Curiæ Provincialis & Scabinatus Assess-  
foris gravissimi, &c.

Dn. Patroni & Promotoris sui et atem venerandi,

## PRO LICENTIA

In Utroq; Jure honores, privilegia & insignia rite accom-  
petenter consequendi, placida & ventilationi submit;it


MAURITIUS JUNGHANNS, Altenbergâ Misnicus.

In Auditorio Jutorum

Addiem 25. Junii horis consuetis.

JENÆ,

Typis Caspari Freyschmidii,  
ANNO M. DC. LIX.



210210  
BIBLIOTHEC

LIBRORUM PELLIC



## CUM JESU MEO.

**A**ppellatio regulariter ab inferiore ad superiorem Judicem. *i. i. s. si quis. de Appellat. & relat. nullo omisso medio, quod Jure civili l. Imperatores. 21. ff. de Appellationib. præcisè requiritur, instituitur. Gradus autem, in quibus Fatalia appellationis, nostro in foro pratico currunt, solummodo tres novimus: Interpositionis: Introductionis & Justificationis. Et quia primus connexam habet materiam Apostolorum & Inhibitionis, Magnif. Carpz. Process. Jur. Tit. 18. in anteloquio post medium, tantum hac vice de Apostolis dispiciemus.*

### THEISIS. I.

**A**nte omnia è re quam maximè erit, primò de Homonymia, Etymologia & Synonymia, pòst de definitione paucis exponere, & sic deinceps breviter quoq; de ceteris.

### Th. II.

Apostolos autem hic non intelligi, quos Salvator noster Dominus Jesus Christus cum potestate sanandi morbos ejiciendiq; dæmonia, ad prædicandum Evangelium in universum mundum misit; supervacaneum monere est; sed neq;

intelligimus Pontificem, aut Episcopos, quos ita appellatos  
fuisse, vide ap. Meursium. Lex. Græcobarb. voce, Απόστολος. Neq;  
Principum Legatos, quā notione à Livio accipi ait Scipio  
Gentilis, & putat inde manasse vocabulum Italicum, quō  
cursus veredationum significetur, Posta. Legitur etiam in  
hoc significatu apud Luitprandum Ticinensem, ubi ita: Omni-  
um gentium apostolis penes nos Bulgarorum apostoli præ-  
ponantur: Et Hesychius: περιβολεῖς, εἰ περιβολαί, ἀπόστολοι; Mul-  
tò minùs istos, qui Athenis Magistratus erant, quorum Offi-  
cium erat recte atq; ordine curare atq; instituere classem, de  
quibus Ummo Emmius tom. 3. veteris Græcia p. m. 64. Sed sunt  
literæ, quibus in foro politico Acta causæ, primæ instantiæ, à  
Judice à quo ad Judicem ad quem dimittuntur, ut de causa in-  
strui possit. l. dimissoriæ. ff. de V.S.

### T H. III.

**Etymologia.** Derivationem seu originem quod attinet, derivatur  
nomen apostolorum non ab ἀπό & σολων ut Speculator autu-  
mat, ubi insuper addit, hoc σολων missionem significare,  
quod essent literæ ad superiorem missæ. Quod de Specu-  
latore non mirum: Magis mitandum de Emericô à Rosbach,  
qui Speculatoris etymologiam bonâ fide sequitur, processu ci-  
vili, tit. 74. n. 2. Sed vel pueri norunt, quod descendat à  
Græco verbo ἀποστέλλειν, quod est, alegare; amandare, seu  
cum mandatis dimittere; unde Apostoli.

### T H. IV.

**Synonymia.** Vocantur & Apostoli 1. libelli dimissorii. l. unic. Rubr.  
ff. de libell. dimiss. 2. literæ dimissoriæ dict. l. unic. in princ. Et l.  
106. de verbor. significat 3. dimissoriæ tantum. l. unic. §. 2 ff.  
de libell. dimiss. & quidem indè, quod per eas causa, ad eum,  
qui appellatus est, dimittitur. l. dimissoriæ 106. ff. de verbor. signif.  
4. Relationes. l. sciendum 6 ff. de Appellat. recip. l. Eos qui 6. Ju-  
dicibus. Si appellationem 31. C. de Appellat, Et Cuiac. lib. XXIV.

*Observat. cap. 29. 5. Preces, l. Quoniam 18. C. de Appellat. Germanicè appellantur 6. Abschiedts Brieffe: Petr. Termin. c. 230. n. 17. item 7. Bekändtniß-Brieffe / nec non 8. Abschickunges Brieffe. Magnif. Carpzov. Process. Jur. Tit. 18. art. 3. n. 42. 9. schriffliche fundischaften / in quibus superiori Judici interposita appellatio notificatur.*

### TH. V.

Visis ita Homonymiâ, Etymologiâ, & Synonymiâ, accessum facimus ad definitionem, quæ talis est: Apostoli sunt literæ, quas Judex à quo, tradit Appellantî deferendas ad Judicem ad quem, ut existis dene-gotio causæ instrui possit. *Basilica ad l. 5. C. de appell. ita definiunt: ἀπόστολοι καὶ διάδοχοι διάδοχοι γνωματι-νοῦντες τὸν ἀλλοτριούχον τὴν κρίσιν. Id est: apostoli dicun- tur literæ, per quas relatio mittitur à Judice ad eum, qui de ap- pellatione cognitus est, lib. 9. Basil. them. 98.*

Definitio

### TH. VI.

Genus constituimus literas; exinde facile patet, Apostolos non, nisi in scriptis, consistere posse; Jure vero Saxo-nico loco Apostolorum vel literarum dimissoriarum à Judice, Actori seu Reo ad digniorem Judicem nuncii dabantur, *Landr. lib. 2. art. 12. post princ. in verb. da sol der Richter etc. & quidem ex hac ratione, quia nempe Saxones antiqui non multum operæ literis scribendis dederunt. gloss. allegat. Spec. Sax. Zobel. art. 12. lib. 2. n. 8.* Qui mos communius atque observantiâ hodie est abrogatus, atque *Ordin. Saxon. Elect. Appellat. Rubr. von Appellationen / wie die angenommen und ju-stificiret werden sollen. Post princ. in verb. zum längsten innerhalb zehn Tagen in Schriften/ mit Anzeigung der Ursache seines Beschwerung appelliren / auch alsbald umb Apostolos ansuechen etc. cautum, ut in scriptis fiant apostoli.*

Genus

A 3

Th.

X.HT



TH. VII.

Verba præpositæ definitionis: quas Judex, à quo, tradit Appellantι deferendas Judici ad quem; spectant ad differentiam, & opponuntur privatis literis seu scriptis, quas quilibet pro libitu & propria authoritate conficit.

TH. VIII.

Finis

Finis Apostolorum est, ut ex ipsis Judex ad quem, de negotio causæ instrui possit quod per Synecdochē partis pro toto intelligendum est; Si quidem Judex ex Apostoli statum controversia, quoad omnia ac singula, minimè percipere potest, sed tantummodo de interposita appellatione & brevi causæ enarratione certior sit, uberior vero informatio ex actis est sumenda.

TH. IX.

Personæ, quibus ius est petendi eos, sunt omnes illi, qui per sententiam gravati, ius appellandi habent. Cum enim sint conditiones quædam & requisita introducendæ appellationis, facile patet, quod nemini petere hos competit, quam cui appellare permisum est. Non ergo petent apostolos hi, qui appellatione renunciarunt, l. ult. §. ult. C. de temp. app. Quod fit non solum, si quis expressis verbis contestetur, se appellationis remedio non usurum, sed & dicendo, aut promittendo, se sententiæ acquieciunt. l. i. §. 3. h quibus appell. Quia verba sunt accipienda cum effectu; Nullus autem huius promissionis effectus erit, si appellatio permittatur. Similiter apostoli non sunt dandi his, qui lite contestata contumaciter emanentes ob id condemnatis sunt. l. 13. §. 3. E. 4. C. de J. di iis. l. 23. §. ult. ff. de Appellat. l. 73. §. ult. ff. de Judic. l. i. C. Quar. app. non rec. Adeo, ut & procuratoris contumacia Domino principali noceat. l. 10. C. de procurat. Porro nec iis dabuntur apostoli, qui jam bis appellarunt. l. un. C. Ne lic. in ead. caus.

TH. X.



Th. X.

Petuntur autem à Judice qui sententiam tulit, & à quo provocatum est, qui propterea Judex à quo appellatur. Nec interest, Judex sit infimus, an intermedius, ordinarius an delegatus, nisi sit delegatus à principe, hac conditione, ne ab eo appelletur. *L. I. S. 4.* à quibus app. non lic. Non itaq; apostolos dabunt arbitri **compromissarii**, cum nec appellari ab eorum laudo necesse sit. *L. I. C. de arb.* Nam horum pronunciatio nullo modo consumit actionem pristinam, neq; impedit, quo minus ea coram Judice ordinatio proponatur: Deniq; nemo est, qui appellari potest. Quia enim arbiter planè non est judex, ideo ejus respectu quoq; non datur aliquis superior.

Th. XI.

Porro petendi sunt in omnibus causis, quibus licita est appellatio. Cùm verò non solum à sententia iure civili appellate convenit: sed & à nominatione ad honorem munus publicum. *I. h. i. q. i. l. cives. C. de Appell.* item propter inductionem seu tributum onerosius & insolitum. *Nov. 128. c. 7.* dubitari posset, an & his casibus apostoli sint necessarii petendi? Evidem videtur his casibus opus non esse apostolis. Ratio est, quia apostolorum finis est, ut Judicem ad quem instruant, de meritis & tractatione cause. Qualia merita & tractatio, litiumq; tela cum non intercedat in nominatione ad munus, aut inductione tributi, non possunt desiderari apostoli. Qua ratione dubitari posset de alio quoq; extrajudiciali gravamine, ob quod jure Canonico indistincte appellari potest. *cap. super eo. 12. x. b. t.* Verum enim vero non ausim adfirmare, praedictis casibus singulis apostolorum petitio nem esse intermittendam, cum omnibus his casibus Judex superior informari de gravamine debeat, & insuper hoc ei constare ex relatione inferioris oporteat, utrum iste detulexit appellationi, nec ne. Id quod jure Canonico expeditum esse

puto

puto perc. cordi . ibi: Si quis in iudicio vel extra super interlo-  
cutoriā vel gravamine aliquo ad nos duxerit appellandum ,  
petat apostolos. de Appell. in 6. Et ita sentit Specul. in d. §. sequitur  
n. n. Et Gloss. in d. c. cordi, in verb. velextra , quæ testatur, ita ser-  
vari. Marant de Appellat. n. 216. Joh. Ardr. post Innocent. in d. cap.  
cord. Et ibi gloss. in verb. petat apostolos. de appellat. in 6. Ceterum  
necessitas hæc petendi apostolos quibusdam locis appellanti  
remissa est. Nam in Camera imperiali liberum relinquunt  
hoc appellanti. Ord. Cam. Imp. Tit. 30. p. 2. pr. Mynsing. 4. obs.  
36. Gail. 1. obs. 139. Wesemb. cons. 1. n. 31. Verba ordinationis :  
Damit auch Gefährlichkeit in Vollführung der Appellatio-  
nen / so an der Räns. Cammer Bericht geschehen / fürkommen /  
soll einem jeden Appellanten frey stehn nach gethaner Appellatio-  
nem apostolos zu bitten oder nicht. Eodem modo in Gallia i-  
stas apostolorum petitiones inutiles esse tradit P. Gregor. Syn-  
tag. lib. 50. q. 2. cum devolvantur , verbo appellatione facta  
statim ad superiorē appellations , si stant intra triginta dies,  
& tantum scilicet coram Judice à quo comparere debere ap-  
pellantem , decisum extat apud Guidonem Papam q. 25. I-  
dem testatur P. Matthæus , neinpe Apostolorum petitionem  
in Galliis sublatam constitutione regiæ , Francisci. 1. anno  
sesqui millesimo trigesimo nono , artic. 217. Et Ranchinus in  
additionibus ad Guid. Pap. Et. Joh. Imbertus enchiridio Jur. Gall.  
lib. 2. c. 1. Id quod de moribus plerorumque tribunalium af-  
firmat P. Gudelinus de Jure noviss. lib. 4. c. 14. in fin. Jodocus  
Damhuder. pr. civ. c. 137. Graevegius de LL. abrog. ad l. 5. C. de  
app. Christianus vol. 4. decis. 114.

Th. XII.

De loco, ubi petendi , tradunt Auctores, quod loco de-  
tentri aliquo peti conveniat, à Judice, non equitante aut pro-  
deunte illo, nocte uive, vel inter epulandum aut in SS. Ec-  
clesiis, ut tradit glossa in vers. loco. cap. ab eo 6. de App. in 6. U-  
niusq. ministrorum a

bi Pe-



bi Petrus de Anchorano putat, tum appellantem loco idoneo apostolos petuisse videri, si eum domi suæ vel in conclavi suo conveniat, & apostolos requirat. Certè si Judex copiam sui faciat, præsens adeundus est, & rogandus: sin minus, suadet Perusius in d. cap. ab eo. §. illud autem. & ex eo Chilianus König in process. c. 44. de Apost. ut protestationem hac de re interponat Appellans.

TH. XIII.

Fatale seu tempus, quo Appellans à Judice à quo, apostolos petere tenetur, est XXX. dierum, Term. c. 230. n. 13. l. 24. C. de Appellat. 3. quest. 6. can. ult. §. Judicibus. Maranta de appellat. n. 208. Speculator d. §. sequitur. n. 13. Olim erant petendis, accipiendis & reddendis Apostolis, præscripti dies quinq;, auctore Paulo in sententiis, & post redditos apostolos intra alios quinq; dies erat cavenda poena in hunc casum, si appellator appellationem deseruisset, vel si eum non juste appellasse pronunciatum esset, datis fidejussoribus, ut ex eodem Paulo docet Cujacius lib. 29. Observ. c. 29. Sed hodiè etiam nemine pentente mitti apostolos oportet, & nulla de appellatione prosequenda cautio exigitur. l. 6. §. ult. C. cod. l. 29. 31. 34. Cod. Theod. eod. Et, ut dixi, ex constitutionibus Principum, apostolis danis reddendisq; præscripti dies XXX. l. judicibus C. cod. Suntq; hi dies continui, per gloss. in. c. non solum, verbo dicendum. De Appellat. in 6. Computantur non à die interiectæ appellationis, ut voluit Hostiensis in d. cap. cordi. de appell. in 6. Vide Georg. Rotschüs in process. c. 39. n. 4. & 8. Sed latæ sententiae. l. Judicibus 24. C. de Appellat. Berlich. part. 1. conclus. 50. n. 108. Wurmb. Obs. 24. Mynsing. 4. obs. 36. & quidem non aliud in finem, quam ut appellatio citius finiatur, ipsaq; lis abbreviatur, quod curare judici omnino incumbit. Magnif. Carpz. in Process. Jur. Tit. 18. art. 3. n. 49. l. Properandum. 13. C. de Judiciis. Joa. Zanger, de Except. part. 2. cap. 29. n. 2. Matth. Coler.

B

de



de Proces. execut. part. 3. c. 8. n. 51. Quod tamen ita limitatum videtur Marante d. l. n. 209. siquidem appellans notitiam sententiae habuit, quando vero non habuit, ut tum a die scientiae tempus illud cedat. Vel nisi Judex a quo certum terminum appellandi, ad recipiendum apostolos, dederit, quem admodum in arbitrio eius est, breviorem terminum statueret, de Jure Canon. per Clement. quamvis. §. verum & §. quod Judex. de Appellat. Etsi intra hoc tempus eos Appellans non petat, renunciatum appellacioni videtur. c. ab eo. de Appellat. in b. Clem. quamvis. eod. Wesenbec. cons. 1. n. 10. Mynsing. cent. 4. obs. 36. Et præscriptione oppositâ ab agendo repellitur, videlicet, si per eum steterit, quo minus acciperentur & redderentur; non vero si per judicem steterit, l. i. ff. de lib. dimiss. l. si. appellacionem. C. de Appellat. vel per tabularium, cui apostoli deferendi dati sunt. l. 5. Cod. eod. His enim casibus succurrunt ei, qui appellavit, etiam tardius redditis apostolis, ut ab agendo non repellatur. Cujac. d. l. Quid tamen casu de sua diligentia protegari, utile est. d. l. unicā. ubi gloss. ff. de lib. dimiss. l. i. ff. quando appellat. d. Clement. quamvis. Rosbach. process. civ. t. 74. n. 14. Speculator. d. §. sequitur n. 12. & 13. ubi etiam cavet, ut de tali requisitione de die ac instantia petitionis fiat instrumentum publicum. In aula vero Electorali Saxon. aliisq; Dicasteriis, terminus petendorum apostolorum, est unius mensis Wittenberg Hoff Gerichts Ordnung Tit. Wenn und wie die Appellation statt habe. Tertior tamen est via, ut ad evitandas disputationes, Apostoli statim in ipsa Schedula Appellacionis petantur. Clement. quamvis. 2. post Princip. de Appellat.

#### TH. XIV.

Petendi sunt Apostoli non semel, sed instanter & saepius. c. quamvis. in Clement. de Appellat. C. unic. §. 2. ff. de libell. dimiss. Hinc secundum Lancellot. cap. 12. lim. 50. n. 14. peti debent, cum magna instantia, instanter & instantissime, vel ut

Judi-

Judici debitus honor deferatur. Rota decis. 46. alias 351. Vel ut  
Judex mitigetur, & ita ejus, ut plurimum irascentis contra  
Appellantem, ut censet Card. Tuschus pract. concl. 428. Verum  
gloss. inc. ab eo. in verbo instanter, de Appellat. in 6. petitionem  
concipere jubet: Instanter, instantius & instantissime. We-  
senbec. in paratit. ff. de libell. dimiss. Schotan. in Exam. Jurid. eod.  
tit. quod & in foro pract. hodie sic observatur, prout ex sub-  
sequenti forma appellationis in scriptis, ex Processu Term.  
c. 230. n. 39. in verbis: begeht derohalben zum ersten/ andern etc.  
desumpta, videre licitum est. Nachdem die natürliche und  
auch gemeine Rechte/denjenigen/so durch ein Urtheil beschwert/  
die Beruffung und Appellation/ günstiglich zulassen/ und aber  
N. durch einen Sentenz von E. W. Montags nach Dorotheæ/  
den elfsten des Monats Februarii/ des noch nicht zehn Tag  
verschienen/gesprochen und publiciret, also lautend/ (recitare  
alhier das Urtheil) zum höchsten beschwert und besorget/ so fer-  
ne solehem durch bequeme Mittel der Rechten nicht verkommen/  
noch weiter beschwert zu werden/ derwegen thut er sich hiermit  
von solchem vermeinen Urtheil/ sampt allen und ieden seinen An-  
hängen und Umbständen/so gegenwärtig seyn/oder künftig dar-  
aus erwachsen möchten/deßgleichen auch von euch in dieser Saz-  
chen gewesenen Herrn Richter und Schöpfen/ in der allerbesten  
Forme/Weise und Masse/ als er solches zu rechte und nach Ge-  
wohnheit/ am bequemsten und beständigsten/thun soll/ kan/ oder  
mag/ aus Ursachen/ so nachmahl in der andern instantz sollen  
fürbracht und deducirt werden/ berussen/ und appelliren/ für/  
und anden Durchlauchtigsten / Hochgebührnen Fürsten und  
Herrn/ Herrn N. Herzogen zu N. etc. Seinen gnädigsten Für-  
sten und Herrn / und seiner Fürstl. Gn. leblich Hoff Gerichte.  
Begeht derohalben zum ersten/ andern und dritten Mahl/fleiss-  
sig/ fleissiger und auffs allerfleissigste/ (oder ernstlich/ ernstli-  
cher/ und auffs allerernstlichste) so er immer kan und mag/ ihm

Abschieds-Brieffe zu latein/ Apostolos reverentiales genant/  
mitzutheilen/ unterwirfft auch hiemit sein Leib / Ehr / Gut und  
Gerechtigkeit/ dieser Appellation und ganzen Haupt-Sachen/  
auch alle die ihm anhangig seynd/ Bestand thun wollen oder  
werden/ dem Schutz/ Schirm/ Handhabung und Rechten S.  
F. G. und desselbigen loblichen Hoff-Gericht/ mit dieser herrli-  
chen protestation , diese seine eingewandte Appellation zu min-  
dern/ mehren/ bessern/ endern/ reduciren, justificiren, straffen/  
oder eine andere von neuen Dingen zu interponiren und einzus-  
legen/ deren nachzukommen/ die zu vollföhren/ und prosequiren,  
in Zeiten und an den Orten/ alles wie sichs wird gebühren/ und  
ihme geschriebene und gewöhnliche Rechte bewilligen und zuge-  
ben/ und das alles in der besten Forme derselben / darzu er alle  
Wohlthaten und beneficia Juris , so einem ieglichen Appellan-  
ten verliehen/ als: Non deducta deducam; Non probata pro-  
babbo &c. ihm wil vorbehalten haben. Hinc dicit Cardinalis  
Tuschus pract. concl. 428. apostolos peti debere ab appellante  
sæpè & sæpius cum instantiâ, sufficere tamen , si peiantur cō-  
textualiter sæpè & sæpius cum instantiâ, quia non requiratur,  
ut separatim & divisim petantur diversis vicibus. Bald. conf.  
171. lib. 5.

### Th. XV.

Judex à quo est appellatum , tenetur dare apostolos et-  
iam non petenti. L. Eosqui , 6. §. Apostolos. 6. C. de Appellat. Qui  
tamen §. alleg. leg. cum grano salis est intelligendus, adhibitâ  
aliqua distinctionis temperie. Si nempe Judex interpositæ  
Appellationi detulerit; tunc non petenti repte offert aposto-  
los; sin autem appellans hujus incertus est; non aliter nisi pe-  
tenti, quemadmodum & Alexander in apostillis ad Bartol. in  
dict. l. 6. n. 1. verb. non potens. sic distinguere videtur. Scriben-  
dis autem & mittendis talibus libellis Assessores olim præ-  
fuisse, notat Scipio Gentilis, lib. sing. originum.

### Th. XVI.

### TH. XVI.

Ex præcedenti Thes. resultat ista quæstio; An Apostoli à Judice à quo gratis sint dandi? Quidam conantur affirmativam, & quidem præcipue ex sequenti ratione; quod judex dare jubeatur, etiam non petenti, *i.e.* eos qui, *b. §. ult.* tueri; quod nos negamus; nemo enim præsumitur res atque operas suas jactare velle. *i.e.* cum in delito. 25. ff. deprobat. & præsumpt. & ini-  
quum est, datum nosum cuiquam esse officium suum. *i.e.* sed si  
quis, 7. ff. Testamenta quem admodum aper. neq; officium judi-  
cis imploratum, est gratuitum. Ideoq; Pet. Greg. Tholos. pag.  
564. n. 3. rectè sic concludit: Petantur Apostoli expensis Ap-  
pellantis.

### TH. XVII.

Porrò quæritur: An Apostoli debeant esse clausi, & si-  
gillati? Posterius affirmare non erubescimus. De priori va-  
rii varias habent opiniones, imprimis, *i.e.* à Proconsulibus. 19. C.  
de Appellat. & Consultat. nitentes. Quicquid autem sit; in ho-  
dierno foro practico, à Judicibus à quo, Apostoli sigillati &  
minus clausi Appellant potriguntur. Quod & glossæ placet  
in Clement. quamvis in verb. oblatos inf.

### TH. XVIII.

Apostolis impetratis, intra triginta dies, eos judici ad  
quem offerri, supra dictum est. Potest tamen & Judex infe-  
rior tempus appellanti statuere, intra quod se cùm apostolis  
præsentet Judici, ad quem est appellatum, & appellationem  
coram eo introducat. *i.e.* præses. s. C. ac appell. Job. à Sande, decis.  
Friscarum lib. 1. tit. 13. defin. 3. Ubi addit placito Ordinum Fri-  
xæ, lib. 3. Ord. tit. 2. §. 66. Judicem inferiorem appellanti non  
longius sed benè brevius. pro ratione causæ, quàm sex septi-  
manarum tempus præfinire posse. Appellator autem quan-  
do est negligens, & Judici ad quem eosdem non præsentat, re-  
putabitur Appellatio pro deserta. *i.e.* tempora fatalium. 2. §. ult.

B 3

C. de

C. de Tempor. & Reparat. Appellat. & executio sententiam in-  
sequitur. Sebas. Nev. ad l. quoniam nonnulli. 18. C. de Appellat. re-  
missive, nisi justa causa eum excuset. l. Praes. 5. C. de appellat.  
Matth. Mattheslan. in addit. singular. 21. n. 10. tom. I. 93. Gædd. ad l.  
106. n. 2. de V. S.

### TH. XIX.

Judex imploratus ad acceptionem Apostolorum seu au-  
diendam responsonem certum diem assignet; appellansque  
præfixo die compareat, hoc si intermiserit, absque ullo du-  
bio appellatio pro deserta habetur. Magnif. Carpz. in Pro-  
cess. Jur. Tit. 18. art. 3. n. 5. Mynsing. cent. 3. obser. 22.

### TH. XX.

Remora autem Judicis in concedendis Apostolis Ap-  
pellanti haut est nociva; Quia unius negligentia alteri non  
debet nocere. l. pupillus. 24. ff. que in fraudem Creditor. Ve-  
rum, si Judex apostolos dare nolit, tunc potest Appellans  
apud superiorem Magistratum conqueri, & petere, ut is in-  
feriorem Judicem ad dandos apostolos cogat. l. sciendum. 6.  
ff. de Appellat. recipiend. l. si Appellationem. 31. C. de Appellat.  
Berlich. concl. 50. part. I. n. 126. nihilominus tamen de suâ dili-  
gentia suo tempore adhibita atque de fatalibus non labendis  
pluries protestetur. Andr. Gail. lib. I. Obser. 141. n. 9,

### TH. XXI.

Formam Apostolorum tradit Jo. Petr. Ferrar. in Pra-  
etica in forma Apostolorum. Exemplum antiquum patet ex l.  
unic. C. de libell. dimiss. §. 2. quod est: appellasse Lucium Titium  
à sententia illius, que inter illos dicta est. Usitatam autem for-  
mam, qua in foro pratico hodie utimur, videre licitum est,  
in Petr. Term. c. 230. n. 43. Rosbaeh. process. civ. tit. 74. & infrà in  
Thes. XXIV.

### TH. XXII.

Tantum de Apostolis in genere, sequitur, ut de eorum  
spe-

speciebus videamus, quorum vulgo numerantur Sex:  
Dimissorii, c. ab eo c. 2. q. 6. per quos, ut ait Speculator, appar-  
reat, quod Judex appellationi detulit. Et sic partem à sua ma-  
nu dimittit, & eam ei, ad quem appellatum est, mittit. For-  
mam specificam idem Speculator exhibet talem: Ego vero (Ju-  
dex à quo) attendens, quod in dubio sit tutior via eligenda, dictum  
N. quod ad hanc questionem attinet, ab observatione judicii mei  
his apostolis dimitto. In c. post appellationem 31. causa 2. quest. 6.  
hæc formula dimissorum est legenda: Ego sanctæ Bononi-  
ensis Ecclesiæ Episcopus te presbyterum Rolandum, capella-  
num sancti Apollinaris ad Apostolicam sedem, quam appel-  
lasti, ab observatione mei Judicij his Apostolis dimitto. Dif-  
ferentia ergo consistit in eo, quod in dimissoriis Judex à quo  
de quæstione post pronunciationem suam adhuc dubius, i-  
pse appellantis institutum probat, quod reliquis speciebus  
nullis contingit. Nam in Reverentialibus non tam i-  
pse probat appellantis conatum, quam in honorem superi-  
orisei non repugnat. In Refutatoriis vero aperte repu-  
gnat: in Restitutoriis autem revocat gravamen Appel-  
lanti à se illatum: in Testimonialibus denique & con-  
ventionalibus Judex planè se non intromittit.

### TH. XXIII.

Inter enumeratas Apostolorum species tantum Reverentiales, Refutatorii, atque Testimoniales in nostro frequentantur foro; ceteræ in usu esse jam dudum desierunt. *Magnif. Carpz, in Process. Jur. Tit. 18. art. 3. n. 68.*

### TH. XXIV.

Reverentiales Apostoli sunt, in quibus Judex à quo su-  
periori indicat, se in honorem & reverentiam ipsius interpo-  
sitæ appellationi detulisse. Et hi maximè sunt in usu, dan-  
turq;

turque à Judice. Petr. Term. c. 230. n. 21. ut plurim in hoc modo: P. P.

Wann dann Eu. Churf. Durchl. zu Unterthänigter Erbietung und schuldigsten Gehorsam / ich solcher Appellatio in quantum de jure deferiret; Als habe ich Appellant die gesuchte Apostolos reverentiales der Gestalt mitgetheilet / daß er die Appellation Ew. Churf. Durchl. unterthänigst präsentiren / umb Annahmung derselben bitten / und von dato an binen Monatsfrist durch glaublichen Schein gewiß machen soll / daß solche von Ew. Churf. Durchl. zu gebührlicher Rechtsfertigung auf und angenommen / damit ich mich auf des Appellant ferner Anhalten der Gebühr nach zuerzeigen haben möge. etc.

TH. XXV.

Horum Apostolorum mentio fit in c. *Cordi, de appellati onibus in 6.* & videntur exinde reverentiales dicti, quod præstent obsequium Inferioris Judicis erga superiorem, prout ex allegat. c. *Cordi,* est videndum, propterea etiam à Petr. Ter min. c. 230. n. 21. salutantur Ehrenhauffige Apostel.

TH. XXVI.

Apostoli Testimoniales sunt, quibus Appellator interpositam Appellationem, coram Notario Publico, & ad minimum duobus testibus honestis ac fide dignis factam, testificari potest.

TH. XXVII.

Jure Canonico appellatio coram Notario & testibus interjecta non admittitur, nisi copia Judicis haberi nequeat. c. *pastoralis, in fin. de offic. Jud. Ordinar.* Et fin. si justus. de Appellat. Verum, hodie Jus Saxonum eiusmodi Appellationem indifferenter admittit, sive copia Judicis haberi queat sive non, prout ex *Const. Elect. Saxon.* 20. part. 1. circa finem liquido apparet, ibiq: *Magn. Carpz.* def. 1. n. 5, Et 6. & in *Process. Jur. Tit.* 18. art. 3. n. 3. Et 4.

TH.



Facile itaq; est colligendum, usum eiusmodi testimonia-  
lium in territorio Saxonico admodum esse latum, & quidem  
non secus, quam aliorum apostolorum; Sæpè enim Judex à  
quo videtur appellanti suspectus, quæ suspicio ipsum quan-  
doq; etiam non fallit, ideoq; hoc arrepto medio, tabellio In-  
strumentum conficit pleruinq; sub forma sequenti;

Im Nahmen der Heiligen Dreyfaltig-  
keit/ Amen.

**B**Und und zu wissen sey allermäglich / durch  
diz gegenwärtig offenbare Instrument, daß in  
dem Jahre/ als man schrieb und zahlte/ nach der Heilsa-  
men Geburth Christi unsers lieben Herrn und Ecligmachers  
N. in der N. Römer Zinszahl/ zu Latein Indictio genandt/ bey  
Herrschung und Regierung des Allerdurchlauchtigsten/ Gross-  
mächtigsten Fürsten und Herrn/ Herrn N. Erwählten Römis-  
chen Käyfers/ zu allen Zeiten Mehrern des Reichs/ in Germania-  
nien/ zu Hungarn/ Böhmen/ Dalmatien/ Croatię und Sclavi-  
ponien Königs etc. unsers Allergnädigsten Herrn/ seiner Käy-  
serl. Majest. Regierung/ der Römischen/ in N. der Ungarischen  
in N. und der Böhmischen in N. Jahren/ auf Freitag nach  
N. den N. Tag des Monats N. vormittage umb die N. Stunde/  
ist in meiner Behausung in der N. Stuben alhier in N. auff der  
N. Gassen vor mir hierunter geschriebenen Notarii und glaub-  
würdigen Gezeugen Gegenwärtigkeit/ Persönlich erschienen/  
der N. hatte in seinen Händen einen Appellation Zettel/ übergab  
mir solchen/ welcher also lautet/ (Inseratur hic schedula Ap-  
pellationis de verbo ad verbum) mit fleissig/ fleissiger/ und  
aller

E

aller

aller fleissigsten Bitte/ daß ich solchen von ihm auff und annehmen/ und hierüber Apostolos Testimoniales ertheilen möchte. Wann ich mich dann meines Ambts hierinnen erinnert/ habe ich ihm solches zuverweigern nicht gewußt / derowegen in benseyn gemelter zweyer Zeugen/ als: N. N. welche so wohl/ als ich hierzu absonderlich requiriret und erforderet worden/die überrichtiche Appellation angenommen/ registriret, und in dieses öffentliche Instrument gebracht/ mein mir anvertrautes Notariat Signet vorgedrucket / und nebst den Zeugen mit den gewöhnlichen Perschafften besiegelt und eigenhändig unterschrieben. Geschehen ist dieses alles in der Stadt/ Gasse/ Behausung/ Orth/ und Stelle/ Jahr/ Monat/ Regierung/ Römer Zinszahl/ Tag und Stunde / wie obsteht.

### TH. XXIX.

Deniq; veniunt refutatotii, in quibus Appellatio tanquam frivola ob certas causas & rationes per Judicem refutatur ac recusatur, & isti neutquam defertur, que inadmodum ex sequenti formula patebit. P.P.

Welcher seiner Appellation Ew. Chur Fürstl. Durchl. zu unterthänigsten Ehren wir gerne deferiren, und selbige annahmen wolten/wann nicht/ etc. Derowegen wir solche Appellation nicht unbillich abgeschlagen/ und diese Apostolos Refutatorios gegeben/ aus Ursachen/dazt etslich/ etc. verhoffen demnach unterthänigst/Ew. Churf. Durchl. uns/dazt wir solche Appellation nicht angenommen/ noch Apostolos Reverentiales ertheilet/ aus angezogenen Ursachen gnädigst entschuldiget hattet N.N. aber von seinen fernern ungegründeten Suchen/gänzlich abweisen werde/etc.

### TH. XXX.

TH. XXX.

Provism est quidem in gloss. in c. i. verb. delatum. de Appellat. in. 6. quod, si judex, cum liquidissimè manifestum est, appellationem esse omnino frivolam & contra leges interpositam, ex favore & in gratiam Appellantis apostolos dederit, poenam incurrit. Verum multum aliter se res habet, quando super ea, an frivola sit? dubitatur; quo casu Judex pronior ad dandum apostolos, quam ad negandum esse debet. Menoch. de arbitrar. Judic. question. lib. 2. cas. 368. licet duntaxat sint refutatori, in quibus causam istorum exprimit. l. sciendum. 6. ff. de Appellat. recip. vel non.

TH. XXXI.

Apostolis impetratis, verum refutatoriis, perdita rēs non est; Sed potest Appellans superiorem Judicem adire, ei-que gravamina atque causas appellandi proponere, & sup- plicare, ut non solum appellationem recipiat, sed & ad in- fierorem judicem inhibitionem decernat, nec semper id frustra fieri solet. Berlich. Conclus. 50. part. 1. n. 127. Magnif. Dn. Carpz. in Jurisprud. Forens. def. 6, const. 20. n. 4. § 5. § in Process. Jur. Tit. 18. art. 3. n. 68. 70. § 71. Imò & inhibitione nondum impetratā, tamen non licet Judiciā quo in causa ul- terius progredi, antequam de acceptance vel rejectione ap- pellationis certus sit. l. unic. pr. ff. Nihil innov. app. interp. Ne tamen mora frivole appellantiis, apostolosque refutatorios Judici superiori insinuare tardantis noceat Appellato, facul- tas ei est, contumaciam accusantis appellare, ut super de- fensione appellationis pronuncietur, quam viam in practicā servari, testatur Magnif. Carpz, part. 3. decis. 241.

C 2

TH. XXXII.



Judex plerumque dat Apostolos vel refutatorios, vel reverentiales. Quid vero, si Judex simpliciter Apostolos dederit, quæritur de quibusnam sint intelligendi? Hanc questionem Ludovicus Romanus singular. 152. tom. 1. 15. hisce verbis decidit: Dicam tibi unum, de quo alias tota curia Romana dubitavit. Reperitur scriptum: Talis Appellavit, cui Judex dedit apostolos: non dicebatur, datos esse refutatorios, vel reverentiales, de quibus intelligi debet? Dic, quod intelligatur de reverentialibus. Et hoc ultimo loco annexere placuit.

### COROLLARIA.

**A**NA Appellari possit ab execuzione! D.

1.

Appellari potest à futuro gravamine.

2.

Appellatio non est deserta, si

ap-



appellans propter patipertatē  
non solvit gabellam pro appelle-  
latione.

4.

Appellatio potest interponi  
die feriata.

5.

Appellatione pendente debet  
incarceratus , qui appellavit,  
remitti ad carceres judicis ad  
quem.

6.

Appellatur à præcepto Judicis,  
sicut à sententia diffinitiva.

C 3

An

vel  
los  
anc  
isce  
aria  
vit,  
efu-  
Dic,  
oco

u-  
na  
on  
ot  
log

a-  
ent  
nt  
tio  
fi  
p-



7.

An auctoritate Apostoli recte  
utatur Pontifex in abolēda in-  
famia mulieris intra annum  
luctus nubentis? cap. 4. & 5.  
x. de secund nuptiis.

8.

An recte Jus Canon. liberis in-  
cestuosis alimenta adjudicet,  
contra Jus Civ cap. 5. X. de eo,  
qui duxit in matrimonio quam  
polluit per adulterium.

Dum

8A

85



**D**um Themidi te resq; tuas conamine sacras  
Egregio, atq; facis nunc sacrarite Deæ:  
Ipsa venit, placidq; depromens signa favoris,  
Et monstrans studiis præmia magnatuis.  
Quæ tibi Diva Themis monstravit, conferet  
ultra  
*Innumeris augens præmia magna modis.*

Clariss. Dn. Doctorando;  
ita ex animo gratul.

PRÆSES.

---

Ad Clarissimum Dn. Doctorandum.

**I**bit ad ingentem, nunc ibit apostolus Albim,  
Pilea qui domini murice tincta feret,  
Grata quidem dominæ; sed gravior ipse futurus,  
Quâ societ titulos nocte Dionanovos.

Bonæ Scævæ ergo lusit  
gratulabundus  
O ΔΕΙΝΑ.

Quod

AK 3634

Q Veis duplicitis Juris longa mens ubera praxi  
Ferre solo patrio commoda multa solent,  
Hac, clarus JUNGHANNS, pollens, titulumq; capessens  
Summum, etiam Patriæ commoda plura feret.

ita omin.

ERNESTUS FRIDERICUS Schröter/  
J.U.D & Prof Publ.

Q Uod & Forite stante plausu jam diu  
Virtusq; promerebat, & clientium  
Desiderabat jugiter frequentia,  
Themis TIBI quod ostentabat eminus;  
Tandem capessis! scilicet sincerior  
Non per sequentis persecutrix Gloria est.  
Felicitate prensa, benignaque dice  
Offert Brabea! Vota sunt clientium.  
Apostolis quam collocas industriam,  
Largè sibi refuderint Apostoli!

Clarissimo Dn. Doctorando  
gratulab.

Nobilissimi Dn. D. Strauchii  
Convictores.



